

ierosolomis bene uixisse laudabile est, loco: ac sic et de ierosolimis et de brittannia equaliter patet aula regni celestis, patriam coniecto, quin tamen aufim Bedam adpellare.

CCCLXIV.

U. 102 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 130. 8. nitide per scriptus, Librorum initiis et fronte, quae *Matthiae Corvini Hung. Regis insignia* praefert, picturata, inscribitur purpura: *De uero iudicio et prouidentia dei et ipsius gubernatione hominum et rerum mundi huius: libri octo beati Saluiani (additum recentius massyliensis) Episcopi ad Sanctum Salonium Episcopum (additum Vienstensem). Prooemium. Init ita: Sancto episcopo Salonio Saluianus episcopus in domino salutem. Omnes admodum homines qui pertinere &c. Et Liber I. Incuriosus a quibusdam et quasi negligens humanorum actuum deus dicitur &c. Et Liber VIII. finit: que patiantur et que fecerunt. Retinet Codex hic etiam post Rittershusii et Baluzii curas pretium suum inde, quod ex eo *Joh. Alex. Brassicanus* noster aureum hoc *Saluiani* non Episcopi, sed Presbyteri *Massilien.* circa *Coloniā Agripp.* oriundi, circaque an. 485. defuncti, ut pluribus *Hist. litter. de la France* T. II. p. 517. et *Fabricii Bibl. med. Lat.* XVIII. docent, Opus cum Literatis opera *Frobenii Basil.* 1530. f. communicaverit. An eum *Ludovici* Regis adolescentis dono, ut*

de quibusdam graecis Autoribus in sua ad *Cpb. de Stadion Ep. Augustanum* Praefatione fatetur, habuerit, an vero commodatum solum, ut typis ederet, in comperto non est. Utcunque se etiam res habeat, *Ludovico* a. 1526. paludibus *Mobacsinis* hausto, et occupata mox a *Solymano Buda* opportune Codici accidit, a Bibliotheca abfuisse. Habet ille in marginibus manu *Brassicani* eadem Summaria, quae nunc in Editione *cit.* visuntur, habet et Numeros ad loca, ad quae ille Annotationes meditabatur nunc sub iisdem Numeris p. 54. ad *Saluiani* calcem adjectas. Adjutum tamen et alio Codice fuisse suadent subpletiones et emendationes, quas quandoque in ora videas. Ita statim in *Prooemio* a prima manu defuit: *materias sibi delegissent. Fol. 3. p. 2. nunc dicantes* emendatur per *vindicantes* &c.

CCCLXV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2132 X. Folior. 75. 4. min. optime servatus, nitidissime scriptus et rubro distinctus ita caractere majusculo insignitur: *In hoc Codice. Continent. Alcimi. auiti. Vienstensis. Episcopi. Libri. Numero. VI. Feliciter. De Inicio mundi. liber. Primus. De originali peccato liber. II. De Sentencia Dei liber. III. De diluio mundi liber. IIII. De transitu Maris liber. V. De consolatoria laude Castitatis. liber. VI. Dixi alio hujus Vol. loco, ut Index docet, de his Poematibus et Au-*

Autore, qui a. 525. vitam clau-
 fit. Exemplar praefens mendis non
 caret; contentionem tamen cum
 edit. *Sirmondi Opp. varior.* T. II.
Paris. 1696. col. 183. f. ingref-
 fus speciminis ergo quaedam ob-
 fervo. Abest a Codice *Prologus.*
L. I. v. 2. lego capiunt pro car-
punt. V. 5. reatu pro reatus. V.
40. noster producere pro rarus
nunc prodere. V. 58. formosa men-
te pro formosa in mente. V. 59.
erecto vultu pro erectum vultu. V.
60. pondere pro foedere. V. 74.
consperso puluere pro consperso
in puluere. &c. quae omnia sustine-
 ri possunt. Ante *Librum VI.* adest
 ad *Apollinarem* Praefatio, verum
ἀνεπίγραφος. In ea *Sirmondi* quo-
 rundam pia nobis est *quorumpiam.*
 Codicem in *Germania* scriptum
 Glossae *συγγεγραφοί* quibusdam voci-
 bus impositae docent, quas hic
 colligere iuvat. *L. I. v. 12. In-*
stituit, Mabchota Faciebat a *Ma-*
chen. V. 164. *Missile, Ker,* alias
Ger, Geir, Gar, Gaes Jaculum.
 V. 281. *Conclusis, Pisparrida* a
Sparren, Sperren, quasi *Besper-*
ret. V. 287. *Excelsò meatu, Ur-*
springi. V. *Crevit, Arguzit* a *Giez-*
zen, Giessen, Ergiessen. V. 295.
Papyrus id est *Cannas, Pinazun*
 nunc *Binsen.* *L. II. v. 109. Levi-*
us, Min, hodie *Minder.* V. 402.
Occurrerit, Nibilti. Puto a *Nab,*
neah, neb, nib, prope quasi pro-
 pinquaverit, hodie *Naben, Nü-*
bern, et *Rusticis Nabelt* prope.

L. III. v. 117. Notavit, Scalt,
 hodie *Schalt* increpabat a *Schel-*
ten. V. 228. *Miscebant, Scanch-*
tun, hodie *Schenkten,* a *Schenken,*
Einschenken infundere. V. 352.
Notet, quasi numeret, *Celit* a *Za-*
len, nunc *Zählen.* Deinceps ma-
 num abstinuit Glossator.

CCCLXVI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2288
 XIV. Folior. 109. f. nitide exa-
 ratur, coloribusque illustratus
 praescriptum habet: *Hunc librum*
legavit Monasterio Sancte Doro-
thee Dominus Andreas fundator
eiusdem loci. Fuit is cognomine
Plank Curio sacer *Garstensis Al-*
berti Ducis V. postmodum Imp.
 II. primum Institutor, dein Can-
 cellarius circa a. 1410. Codex
 vero ipse inscribitur: *Magni au-*
relij. Cassiodori senatoris. Viri
clarissimi et illustris. questoris pa-
lacij. consulis ordinarij. prepositi
officiorum atque patricij Variarum
 (Epistolarum atque Formularum)
libri primi Incipit Prologus. In
Libros XII. distributas exhibet E-
 ditio *Job. Gareti Rotom.* 1679.
 T. I. f. nos tantum XI. censemus,
 in quibus tamen omnia, quamvis
 alio saepe ordine, continentur,
 ut vel e praemisso Elencho liquet.
 Interim *Cassiodorus* ipse numerum
 et ordinem *Gareti* in Praef. probat.
 Adscribo ex hac Praefatione
 lectionis varietatem: